

instante equivoctio. Sic gravis et variis casu
memorabilis annus hie erit. Etiam Leijden
schola gravi paroxifimo nunc laborat, de qua
iste Rothius habet quae referat. Mle in Dami,
no et fahre plurimum: Heideb. 13. Martij 1608.

A. Tuo
Pares.


Reverendo Viro Luca Stöcklio N. Theol. Doctori, Ecle-
sia apud Palatinos Ministro, Rodolphus Hospiniang
Junior, Philosoph. Theol. & Ling. Studiosus S. P.

91.

Miraberis, Reverende vir, quid sit, quod ego homo tibi
antehac nunquam visus, adeoque ignotus, tam im-
portune alloquar; Nec mirum. At causa, quae me
ad hoc faciendum impulit, cognita, importunitati
facile ignosces. ut igitur parvis me expediam, quod
volo, indicabo. Cum Tiguro ex dulcissima mea patria
discessissem, indicavit mihi frater meus Joh. Hennig,
cum quo olim Tiguri, forsitan etiam Heidelbergae
amicissime versatus es, reliquisse se apud te Biblia
Hebraica, ut igitur illa abs te repetam, mandavit,
leis eum, qui feliciter vult progredi in Theologico
studio, maxime illis opus habere. Hactenus quidem
Philosophiae operam dedi, jam veri me totum Theolo-
giae dabo, ita ut illis carere non possim. Rursus igitur
T. R. si commode fieri potest, illa Marburgum in
edes J. Doct. Eglini mittat, aut ad minimum proxi-
mis nundinis vernalibus Francofurti J. Joh. Welfio
typographo vestro tradi curet. Tum ego proficiscens
Francofurtum ab ipso repetam. Facies mihi rem
longe gratissimam. Tibi vicissim nostram opellam
qualemcumque promittimus. Deus ille Triunus T. R. Sule-
via afflicta sine superstitione et involuere conservet.
Dabam Marburgi Cottorum mensis Novembrij 10 1608.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Handwritten text in the left margin, partially visible and mostly illegible.





Faint, illegible text or bleed-through from the reverse side of the page, appearing as light greyish lines across the page.

